

QK. 524, 37.

B. 1



D E

# IDEIS PLATONIS

DISSERTATIO PHILOSOPHICO HISTORICA

Q V A M

AMPLISSIMI PHILOSOPHORVM ORDINIS  
AVCTORITATE

## P R O L O C O

INTER ADIVNCTOS ORDINIS PHILOSOPHICI

R I T E O B T I N E N D O

D. XX. OCTOBR. A. MDCCCLXXXVI

AD DISCEPTANDVM PROPOSVIT

M. GOTTLLOB ERNST SCHVLZE

PHILOSOPHIAE DOCTOR ET DIACONVS VITEBERGENSIS

ASSVMTO RESPONDENTE

CAROLO CHRISTIANO KOHLSCHVETTERO

I. V. S.

---

VITEBERGAE

LITERIS CAROLI CHRISTIANI DÜRRII.



IDEIS PLATONIS

DISSERTATIO PHILOSOPHICO-HISTORICA

DE LAU

AMPLISSIMI PHILOSOPHORVM ORDINIS  
ACADOMITATIS

PRO LOGO

INTER ADIACENTOS ORDINIS PHILOSOPHICOS

ET CETERIS

DR. XX. OCTOBR. A. MDCCCLXXXVII

AD DISCEDEMENDAM PROTOCOLOM

M. GOTTL. F. ERNST SCHAUER

PHILOSOPHIAE DOCTOR ET DICENAE MEDIARUM

VASCULUM PHILOSOPHICUM

CAROL. CLAVIJANO ROMAENSIS

2. 7. II.

LIBRARIA IMPERIALIS

CAROL. CLAVIJANO ROMAENSIS LIBRARI

BIBLIOTHECA

CLAVIJANO

II-473



Cum praeterito semestri nostris Commilitonibus Platonis de immortalitate animi librum interpretaremur, atque in perobscuram illam et perdifficilem de ideis doctrinam incideremus, sensimus, Platonem de ideis suis alia docuisse, quam quae de iisdem in libris et scholis saepe traduntur. Decreuiimus itaque, libellum academicum forte scripturi, hanc de ideis doctrinam Platonis illustrare. At fortasse erunt, qui hoc a nobis arroganter et temere dictum, et nostrum laborem frustra suscepimus esse putent, cum et summi et de philosophiae historia optime meriti viri, Iacobi Bruckeri, eiusdem argumenti iam in manibus nostrorum sit expositio copiosa atque diligens, non solum Platonis de ideis doctrinam, sed et reliquorum philosophorum de notionibus humanis placita complectens. †) Nolo equidem huius viri aliquid detrahere laudibus

A 2

bus

¶ Prodiit Iacobi Bruckeri historia philosophica doctrinae de ideis Augustae Vindelicorum a. MDCCXXIII, 8. Cui accessere duo supplementa ab eodem auctore

bus atque gloriae, etiam libenter omnibus largior, opuscula  
huius viri diligenter elaborata esse; attamen eiusdem quaestio-  
nis noua tractatio non omnino inutilis videtur. Ortum nim-  
rum sunt nostra aetate multi, qui huius viri scripta grauiter re-  
prehenderent, et in iis falsa veris adiuncta esse affirmarent.  
Neque etiam negari posse arbitramur, historiam placitorum de  
notionibus humanis tantae esse molis et varietatis, ut vnius  
hominis ingenium, qui primus hoc argumentum tractandum  
sibi sumat, omnia amplecti, omnia recte perspicere et illustra-  
re minime possit. Quare nobis proposuimus, philosophorum  
omnium de notionibus placita iterum illustrare et enarrare;  
sit autem hic de ideis Platonis libellus specimen quoddam illius  
operis, quod paramus, lectoresque huius rei periti ex hoc li-  
bello iudicent, vtrum opera nostra, quam historiae placitorum  
de notionibus nauaturi sumus, inanis futura sit, et vtrum nos  
ii simus, qui hanc quaestionem, summo animorum feruore  
semper agitatam et in omni philosophia longe grauissimam,  
vberius et ad rei grauitatem accommodate explicare possimus.

### §. II.

De ideis Platonis differentes primum quaedam de illarum  
auctore, de eius ingenio, virtutibus et vitiis praemittamus, quae  
forte disciplinae eius lumen quoddam afferent. Videtur mihi na-  
tura in hoc viro ostendere voluisse, omnes eos, qui in philosophia  
excellere et ceteris praestare velint, debere et ratione et phanta-  
fia ceteris praestare hominibus. Omnes enim philosophiae lo-  
cos, quos ille tractauit, sic tractauit, vt in legendo diu haereas,  
vtrum ei propter sagacitatem, propter subtilitatem et propter

auctore conscripta, et Amoenitatibus literariis a Schellhornio editis inserta,  
quorum primum continetur Tom. VII. et agit de conuenientia numerorum  
Pythagorae cum ideis Platonis, harumque ex illis origine; alterum Tom.  
VIII. continetur, et ad historiam philosophicam de ideis varia παραλεπομέ-  
νη et illustrationes exhibet.

diligentiam in executendo vero, an propter orationis maiestatem, vbertatem, sublimitatem et concinnitatem primae tribuenda sint. Propter illas virtutes eum cum summis in philosophia viris comparandum esse censco, propter has autem cum nemine. Si enim huius viri orationem, qua vsus est, si omne dicendi artificium, quod in apte distribuendis rebus et personis maxime elucet, si verborum constructionem, copulationem et suavitatem, qua, vt eius rei periti profidentur, summus atque diuinus exstitit, si illa ipsius dialogorum lumina, μνθες, fabulas et historias, quibus veluti stellis suam orationem distinxit, contemplamur, nae concedendum esse arbitramur, Platonem omnium suminorum in dicendo virorum fuisse summum atque principem. <sup>a)</sup> Neque etiam negari posse autumo, formam dicendi, qua vsus est, ad explicationem quaestionum philosophicarum esse aptissimam. Vicissitudo enim, quae in dialogis occurrit, personarum animos lectorum allicit, et, vt nos sermoni interesse putemus, efficit. Per quaestiones autem ac responsiones commode omnes possunt proponi rationes, quibus placita philosophica aut firmantur, aut refutantur. Ideo mihi semper persuasum fuit, Platonis dialogos esse absoluta dictionis philosophicae exemplaria, neque iis posse in hoc genere aliquid perfectius reperiri. <sup>b)</sup> Si autem

## B 3

huius

<sup>a)</sup> Sunt multa veterum de suavitate, elegantia et vberate dictio[n]is platonicae testimonia, summiq[ue] antiquitatis rhetores se hunc secutos esse profidentur. Videantur omnium in sermone elegantiarum iudices locupletissimi, Cicer[us] Orator c. 3, 4, et 19. Longinus de sublimitate c. XIII. p. 85. Morus, et passim. Quintilianus Instit. orat. L. X. c. 1. p. 501. Gefner. Copiofissime autem de dictione Platonis in vtramque partem disputat Dionys. Halicarnass. imprimis in libris de structura verborum et de Thucydide. Saepius tamen hic iudex nimis acerbus et iniustus est, quare non immerito Gottleberus, de Platone egregie meritus, hunc imberbem criticum castigauit, et eum nugatorem esse ostendit. Videatur Menexenus ed. Gottleber. p. 11. et in notis passim.

<sup>b)</sup> Fuerunt quidem, qui genus dicendi dialogicum et Platonem in eo principem



huius viri placita et doctrinam spectamus; confitiri debemus,  
inesse eius dialogis multa, quae nunquam melius dicta sint;  
Ubique etiam senioris philosophiae semina reperimus; Deni-  
que non inficiari possumus, ex iis quoque, in quibus lapsus est  
Plato, euidenter apparere, eum magnum et eximum fuisse;) Sunt enim eximii ingenii eximii et non vulgares errores.  
Quare nunquam interpretum ignauiam et sensum satis admirari possum, qui, cum suis lucubrationibus fere omnia, quot-  
quot ad nos peruererunt, illustrarint poetarum somnia et fabu-  
las,

pem imitarentur; sed neminem fugit, paucos accessisse ad huius viri praefiantiam. Si enim duorum excellentium philosophorum, Moses Mendelis filii et Hemsterhaui, excipimus in hoc genere conatus, reliquos fere omnes, qui dialogos ediderunt, cum Platone vix comparare possumus.

¶ Est harum sententiarum facilis demonstratio. In iis enim locis, vbi Plato Socratem suum exprimens de dei cultu, de tuenda virtute et honestate, de vita post mortem, et de reliquo eiusdem generis capitibus differit, egregia fane et homine sapiente digna docet. Sic et saepe in iis locis, vbi ingenium suum fecutus est. At lunt multa ei propria placita, quae aduersarii vehementer et grauerter vexarunt, e quibus tamen, si accurate explicantur, non obscuri grauioris sapientiae elici possunt igniculi. Huius generis est oratio, quam L. III. de Republ. de vsu et fructu artium ingenuarum in republica bene instituta habet. Ibi dimidium docet, omnes malos artifices, i. e. eos, quibus non propositum fit, vt virtutem exprimerent et decorarent, e republica exterminandos esse; (inde fabula orta est, Platonem e republica sua eduxisse poetas) v. L. III. de Republ. p. 284. Bipontin. Eos contra artifices, qui sua arte pulchri et virtutis exprimant naturam, omni honoris cultu et praemiis prosequendos esse censer, quippe cum eorum operibus in animis ciuium iusti et honesti quidam sensus exercitari possit. v. ibid. p. 292 et quae paulo obscurius in Timaeo p. 1058, C. Francof. eodem modo de musica differuntur. Haec qui docet, is intimos animi humani recessus perspectos, et omnium virium, quae homini insunt, cognitionem summam satis cognitam habere debet. Conspirant quoque cum Platone in hac de artibus liberalibus doctrina summi spud nos philosophi, qui se totos contemplationi naturae mentis humanae tradidere, Sulzerus atque Moses Mendel. fil. v. illius liberalium artium theoria, artic. Kunst et huius scripta philosophica, in primis Part. II. p. 97. Huc et refero Platonis de communione vxorum in republica, quam tibi fingit, orationem, quae L. V. de Republ. p. 19. legitur. Iure quidem optimo hanc communionem vxorum a multis, quorum princeps est Aristoteles de Republ. L. II. cap. 2, 3, 4. relectam esse li-  
benter

las, huius summi philosophi fere intacta reliquerunt scripta,<sup>a)</sup> ex quibus omnes veteres scriptores, tanquam e fontibus omnis boni perennibus atque liquidis, suos hortulos irrigarunt. At si huius summi in philosophia viri ingenium consideramus, simulque tempestatem, in quam eius aetas incidit, contemplamur, facile possumus istorum vitiorum causas inuenire, quae ei multi exprobarunt, et quae, cum summis virtutibus adiuncta sint, dilucide apparent, et in oculos fere omnium cadunt. Summa nimirum ingenii acie praeditus, et Sophistarum, quos omni modo irridendos sibi sumserat, coae-

uus

benter concedo; Confilium antem Platonis, propter quod hanc in republica sua communionem vxorum esse voluit, magnum et minime reprehendendum fuisse contendit. Voluti nimur, ut ipse saepius docet, v. L. V. de Republ. p. 29 et 33. Bip. et Timaeus p. 1041. A. hac vxorum in republica communione efficere, vt summa inter ciues existeret amicitia et coniunctio, vt omnes se se inuicem membrorani vnius familiae instar diligenter et curarent, vt ne villa quidem litium et inimicitiarum superesset materia. Haec autem ciuium in ciuitate coniunctio tantae est gravitatis, vt ea prorsus deleta ciuitas nulla stare possit, ubi contra excitetur, ibi omnium ciuium salus et integritas maxime floreat. Conferatur de necessitate et utilitate huius inter ciues coniunctionis egregie differens, acutissimus legum interpres, Montesquieu in libro de natura legum L. XXIV. c. 6, ubi ingenue docet, religionem christianam propter doctrinam de mutuo amore, quem suis ciuibus commendet, maximam esse omnium ciuilium virtutum auxiliariem et parentem.

<sup>a)</sup> Non contemno labores Sydenhamii, Forsteri, Gottleberi, Wolfsii, Gedikii, aliorumque, qui nostra aetate Platonis libris lumen affundere studuerunt; attamen multi sunt dialogi, iisque argumenti grauissimi, quos nullus interpretum melioris formae illustravit. Eadem fere Platonis ac Aristotelis est fors; hunc etiam interpretes intactum relinquunt. Huiusc rei nullam aliam causam reperire possum, quam quod, qui horum duumvirorum placita interpretari velit, ipse sacris philosophiae intimis initiatus sit necesse sit. Est quoque interpretationi horum virorum liber ab omni praedi- cata opinione animus afferendus, quare is, qui illos intelligere velit, omnino abstineat lectiōne veterum interpretum et commentatorum, quos olim Plato et Aristoteles nati sunt; hi enim fere omnes in horum virorum scriptis non sententiam scriptoris, sed suorum somniorum nugarumque materiam et probationes quaerebant.



(uus et exagitator; non potuit non in horum laqueos interdum incidere, et eadem se se contaminare vana sapientia, quam Sophistae iactabant, rebus clarissimis obscuritatem offundentes, aut quaestionibus minutis et ab ipsa natura inuolutis inhaerentes. Haec interdum reputans non satis diuinum summi Socratis ingenium admirari possum; hic enim cum Sophistis disputans ab ea, quam professus erat, inscientia nunquam recessit, eaque semper horum hominum vanitatem feliciter repressit. Plato contra, iisdem telis, quibus ipse vtebantur, Sophistas pertens, nonnunquam germanus Sophistes exstitit, et saepe haeremus, vtrum Socrates platonicus Sophronisci filius sapiens sit, an artibus Sophistarum corruptus nugator. Neque etiam dictionis platonicae luxuries est dissimulanda. Orationis enim suauitatem et elegantiam saepius aucupans, et illis orationis luminibus, quibus res abstractae et a sensibus remotae ita illuminantur, vt sensibus et phantasia pene apprehendi possint, nimis vtens efficit, vt suorum dialogorum lectores non sobriam Philosophi orationem, sed carmina poetae, afflatu Musarum iniciati, se legere putent. Neque ea res lucis quid attulit doctrinae Platonis, sed summam saepe caliginem; quare omnino saepe summus labor est dijudicare, quid umbra et imago sit in Platonis oratione, et quid sub his umbris et imaginibus lateat; illis autem, quos obscura et obscuris immersa imaginibus delectat philosophia, haec imaginum copia largum, forte inseio et inuito auctore, praebuit omni tempore pabulum. At est quoque quaedam huius in Platonis oratione luxuriei excusatio. Temporibus nimirum iis, quibus Plato floruit, Graeci nondum vtebantur lingua philosophica, nec erant quaestionum philosophiarum propria nomina, aut verba, quibus usus tribuisset vim philosophicam; sed omnes ante Platonem philosophi vtebantur in explicatione suorum placitorum et verbis poetarum et fictionibus, et quos habebant in suis quaestionibus deo, de

de origine mundi, de rebus diuinis atque humānis antefceffores, nempe poetas, eos imitabantur et exprimebant. Haec philosophiae forma poetica floruit vsque ad Aristotelem, qui primus a superioribus recessit philosophis, et summa arte finxit orationem quaeflionibus philosophicis accommodatam et propriam. Est itaque dictio Platonis poetica non solum ab vbertate et luxurie ipsius ingenii deriuanda, sed etiam a ratione aetatis, qua florebat, quippe quae, poetis proxima, hos in omni oratione duces habuit. Quare eum optime de Platone meritum speramus, qui e carminibus veterum poetarum Platonem illustraret; ex Homero eum non sine fructu iam a quibusdam illustratum esse certo scimus. Sed haec haec tenus de ingenio et proprietatibus Platonis.

### §. III.

Sunt autem secundum Platonem duo rerum omnium genera, alterum earum, quae oriuntur, et pereunt, et sensibus comprehenduntur, alterum earum, quae semper fuerunt, nec pereunt aut oriuntur, et ratione percipiuntur.<sup>④</sup> Hoc rerum genus idearum<sup>⑤</sup> complectitur, de quarum natura et proprietatibus primum ordine differemus. Tribuit nimirum Plato suis ideis naturam et existentiam e natura et existentia rerum genitium minime pendentem. Aeternae sunt atque semper fuerunt, nec gignuntur, nec pereunt, nec augentur, nec corrum-  
puntur,

④) Timaeus pag. 104b, E. Εγιν ἐν δη πατ' ἔμην δέξιν πεντακοσίου τάδε· τι το  
δι μὲν ἀν, γηπον δε εκ ἔχειν καὶ τι το γηγορεῖν μεν, ὃ δε οὐδεποτε, το μὲν δη νον-  
σοι μετα λογι περιηλπτοι, αἱ κατα τάυτα ὅν το δε αὺ δέξι μετ' αὐθησας ἀλογον,  
δέξατο, γηγορεῖν καὶ ἀπολλυμενον, ὄντας δε οὐδεποτε ὡν. Ibidem p. 1061, B.  
et de Republ. L. VI. p. 121—125, Bipont.

⑤) Nominat Plato suas ideas, ιδεας; αἰδη; παραδημετα; τα κατα τάυτα κα  
διατυπει ἔχοτα; μονδες; εοιες; τα εις επιφρενιζομενα τατα, δειπη; εοιην κα  
λογοι οιδομεν τε αιοι; αινιας φυσης; τα οιτης οιτα; θειης θειης,



puntur, sed eadem semper sine villa mutatione exstant.<sup>g)</sup> Per se praeterea et separatim exstant, nec in rebus creatis insunt.<sup>h)</sup> Illarum existentia ab existentia rerum creatorum prorsus separanda est; illae essent, si harum rerum nulla esset.<sup>i)</sup>

#### S. IV.

Porro Plato docet, ideas vere esse. Neque enim sunt, ut dicit, merae notiones relatiuae, quae suam vim tantum ex iis rebus, quibuscum comparentur, accipiant,<sup>k)</sup> neque etiam merae animi nostri notiones sunt, quae tantum in animo locum habeant, aut ab illo formatae sint.<sup>l)</sup> At de hac idearum platoniarum *στιχ* vberius disputandum est. Fuit olim fere constans atque communis opinio, Platonem ideis non solum possibiliter, sed etiam realitatem, quam in scholis dicunt, tribuisse, qua maius quoddam, quam meri mentis conceptus et cogitationes essent. Cum hac autem opinione locus quidam apud Ciceronem<sup>m)</sup> vix conciliari posse videtur. Fuerunt etiam

g) Sympos. c. XXIX, Wolf. Αε δι (scil. το καλον pulchrum in abstracto) και επι γεγονον, επι απολημμον, επι ανθεπονον επε φθων.

h) Symposium l. c. εδι πε δι ιτερο τιν, οντι ζωη, η ιν γη, η ιν θεων.

i) Symposium l. c. αλλα μετο καιδ' επετη μετη μετε μονοεδε ηε δι. Parmenides c. 4. ab initio, c. 6. p. 220. Fischer.

k) Symposium c. XXIX. ε τη μη καλον (scilic. idea pulchri) τη δι αισχρον εδε τατε μεν, τοτε δι. εδε περο μεν το, καλον, προς δι το αισχρον εδε εστε, καλον εδε δι, αισχρο.

l) Symposium l. c. εδε τις λογος, εδε τις ιτιερη, nempe pulchrum in abstracto. Επισημη dicitur de eo, quod ratione percipitur, et opponitur ei, quod sensibus comprehenditur. Vis igitur verborum in hoc loco est; pulchrum in abstracto non est merum nomen, aut menti animi notio. Timaeus p. 1060. E. Parmenides c. 6. Αλλα μη των ειδων εικασον τετων η γομα, και εδεμε αυτα πχοτηη εγγυημεθα αλλαδι η ιν ψυχη. — τι εδε; ιν εικασον ιετι των γοματων, γομα δε, εδειος. — αλλ' αδυνατος; — αλλα τινος; — νη. — Ουτος, η επε αντος; — οντος etc. — Οιμηη η και σε και αλλον διτι αυτην την καιδ' αυτην αντε εικασα γειαν τιθηται ειναι, διαλογηση ω, πρωτον μεν μεθεματα διτων αινη ιν ζημιν. — πας γαρ η αντη καιδ' αυτην ιτι ειν. m) Orator c. 2-3.

iam duumviri in hoc genere literarum peritissimi, qui historiam philosophiae feliciter illustrarunt, Moshemius et Meinersius,<sup>1)</sup>) qui in hac de ~~etia~~<sup>ideis</sup> platoniarum quaestione a communi opinione recederent, quippe afferentes, nec sapientis, nec philosophi esse, ideis, seu rerum generibus, tribuere existentiam, quae eadem sit ac rerum corporearum et vere viuentium existentia. Volunt itaque hi summi veterum philosophorum interpres, ideas platonicas nihil aliud esse, nisi notiones intellectus diuini rerum naturam continentis, Platonisque sententiam non abhorre a sententiis nostrorum, qui etiam rerum omnium naturis, quatenus nempe eas mens et ratio complectitur, aeternitatem et immutabilitatem tribuant. At mihi videntur viri doctissimi hic in eum errorem incidere, quem tantopere reprehendunt, et quem saepius etiam cauerunt, quo nimis inducimur, ut veterum philosophorum placita explicantes verbis illorum alienam vim tribuamus, et veterem philosophiam e noua emendemus. Videt enim facile quisque, verba illa, quae e Parmenide adduximus, vix sic explicari et torqueri posse, vt inde eruat sententia, ideas in disciplina Platonis esse meras mentis diuinae notiones, secundum quas omnia efficta et composita sint. Est praeterea summi viri Aristotelis, cui sententia amici et magistri ignota esse non potuit, contra has ideas disputatio,<sup>2)</sup> e qua euidenter et dilucide appare arbitror, Platонem suis ideis (non illi, quae in animis nostris est, harum idealium cognitioni, sed aeternis rerum generum omnium simulacris, quorum tantum in nobis recordatio exstat) tribuisse existentiam, quam realem philosophi dicunt, easque fuisse subiecta quaedam, quibus plures proprietates et

B 2

attri-

<sup>1)</sup> Moshemius ad Cudworthi systema intellectuale p. 661—662. et Meinersius in historia literarum apud Graecos et Romanos Part. II. p. 801.

<sup>2)</sup> Metaphys. L. VI. c. 13 et 14.

attributa tribui possent. Demonstrat nimurum Aristoteles contra magistrum suum, vniuersalia illa, quae Plato ideas nuncupabat, cum sint rerum ab ipsis vniuersalibus diuersarum attributa, non esse posse substantias, nunquam enim substantiam aliis cuiusdam rei praedicatum esse posse.<sup>1)</sup> Neque etiam dici posse putat, substantiam esse tale quid, quod de subiecto dicatur, cum vero omnia vniuersalia de subiecto dicantur, ideo ea substantias esse non posse.<sup>2)</sup> Nec fieri posse idem putat, vt ideae, cum sint mera rerum attributa, tempore prius exsisterint quam subiecta et substantiae, quibus vniuersalia tribuantur.<sup>3)</sup> Denique et vnitatem rerum, qua quaevis res vnum quid est, non conciliari posse ostendit cum Platonis de ideis doctrina; si enim res e pluribus ideis compositae essent, illaeque ideae substantiae essent, omnium rerum plures deberent esse substantiae, et homini vere viuenti alter et tertius deberet inesse homo.<sup>4)</sup> Ex hac idearum platoniarum refutatione apparere arbitror, ideas secundum Platonem suisse res vere existentes, et subiecta quaedam, quae saltem cogitando a proprietatibus suis separari possent, minime vero rerum omnium notiones, diuina mente conceptas et comprehensas. Et est proposito illa, quam nunc defendimus, de ideis Platonis et earum existentia sententia sic comparata, vt optime conciliari possit cum reliquis huius viri opinionibus, altera vero minime; hoc apparebit, cum omnem

Pla-

1) Cap. 13. Εἰσὶ γὰρ ἀδύνατον εἶναι, ὅπιας εἴναι δτιγνη, ταῖς καθολεῖ λιγομήτων. πῶς τη μετ γαρ θεια ἐπικεί, οὐκ ὑπαρχεῖ ἀλλα το δε καθολε, κοινο.

2) I. c. Ετι δοια μητ λαγετη, το μη κατ' ὑποκειμενη. το δε καθολε, κατ' ὑποκειμ.

3) I. c. Ετι δε κατ' ἀδυνατον κατ' ἀτοτον το τοδι κηρ δοιαν, ει διν εκ την, μη δι δοιας ειναι, μηδε ει τε τοδι τι, ἀλλα ει τε ποιη προτερον γαρ εισαι, μη δοια τε κατ το ποιη, δοιας τε κηρ τη τοδι, δοιες ἀδυνατον, οτις λογη γαρ, οτις Χρονη, ουτι γινεται διο τε τη ταχη (attributa) της δοιας μην προτερεσ.

4) ibidem. Εκ τη δη τητων Θεορηον Φιλορηον, διτ ειν των καθολευ ὑπαρχειτων δοια ειτ, κατ διι σημασιη των κοινη κατηγοριασιων τοδι τι, ἀλλα τοιοιδε, ει δε μη, ἀλ-

λα

Platonis de ideis doctrinam exposuerimus. His vero etiam effectum esse putamus, Ciceronis de ideis Platonis sententiam a doctrina auctoris esse maxime alienam; Quis enim in hac causa Ciceronis auctoritatem auctorati Platonis et Aristotelis anteponendam censeat? Videtur sane Cicero, ut verum dicamus, intempestiu et inconsiderato studio conciliandi dissentientes Academicorum et Peripateticorum familias, quod saepe prodit, <sup>2)</sup> abreptus doctrinam Platonis cum sententiis Aristotelis miscuisse.

### §. V.

Ex his ideis, quae vere et aeternae sunt, pendet omnium rerum creatarum natura, existentia, et nomen; suntque illae earum reram, quae sensibus subiectae sunt, causae sufficientes. Nulla enim res in hoc mundo est, cuius nulla sit idea; ignis, aquae, terrae, pulchri, iusti, similis, dissimilis, animantis, hominis, deorum, reliquarumque rerum creatarum omnium ideae sunt. <sup>3)</sup> Ab his ideis res genitae omnes nuncupantur, et homo dicitur iustus, si facta eius ideae iusti similia sunt. <sup>4)</sup> Sunt denique ideae rerum genitarum causae et principia, natura harum a natura illarum manans. <sup>5)</sup> Sed haec rerum crea-

B 3

rum

*ταῦτα πολλὰ συμβαίνει, καὶ δὲ τρίτος ἀνθρώπος. ἐτικαὶ μὲν δῆλον, ἀδύνατον γαρ γεννήσαι  
ἢ τέντον εἶναι, ἀνταρρέσσειν ἄλλον οὐτὸν τοιούτον. ταῦτα δύο δύναται επειδήσηται, φύσις τοιούτος  
ἐν επειδήσει, ἀλλὰ ταῦτα δύο οὐτοί τοιούταν εἰστοῦνται. Επειδήσηται apud Aristotelem est  
quantitas, qua rei cuiusdam qualitas circumscribitur et definitur, v. initium hu-  
ijs capititis, et de Anima, L. II. c. 1. ab initio. Διναιμη αντεμ est rei qualitas.*

<sup>2)</sup> Academ. Quaest. L. I. c. 4. et de Legib. L. I. c. 13.

<sup>3)</sup> Parmenides c. 4. p. 214. Timaeus p. 1060, E.

<sup>4)</sup> Parmenides cap. 3. et 5. Phaedon c. 19 et 50. Euthyphron. c. 15.

<sup>5)</sup> Phaedon c. 49 ab initio. de Republica, L. VI. p. 120. Καὶ τοι γεγωνότατοι  
τοῖς (iis quae sensibus subiectae sunt) τοῖναι μη μετον το γεγωνότατοι φάνη ὅτο  
τε ἀγαθῶν (bonum in abstracto) παρεστῶ, ἀλλα καὶ το εἴναι τε καὶ την δόσιν μη  
εἶναι αὐτοῖς προσενεγκε. de Republ. VII. p. 123. Aristoteles Metaphys. L. VI.  
cap. 13, ab initio.

rum cum ideis coniunctio vberius illustranda est. Partes idea-  
rum rebus earum similibus inesse omnino negat Plato, non  
possunt enim ideae diuidi et discerpi.<sup>a)</sup> Tantum per similitu-  
dinem quandam res creatae cum ideis copulatae sunt,<sup>b)</sup> et ge-  
neratio secundum Platonem est formatio et efficiio materiae ad  
similitudinem idearum, eaque formatione efficitur, vt materia  
sepe conspicientiam praebere, et in sensibus nostris efficax esse  
possit.<sup>c)</sup> Inde etiam fieri posse putat Plato, vt multae res ad  
similitudinem eiusdem ideae formari possint,<sup>d)</sup> et vt eadem res  
pluribus iisque diuersis ideis similis esse possit.<sup>e)</sup> Quanquam  
vero possit eadem res ad similitudinem plurium idearum com-  
poni et effungi, et corpus idem et magnitudinis et paruitatis par-  
ticipes sunt res creatae, coniunctio quaedam et mutatio vl-  
la.<sup>f)</sup> Neque etiam fieri potest, vt res ad similitudinem idea-  
rum efficiet, his prorsus aequales et omniuo pares euadant.  
Semper enim res ortae minoris dignitatis sunt, omnesque, qui  
has cum ideis suis comparant, hoc bene intelligunt.<sup>g)</sup> Vber-  
rime Plato de hac rerum genitarum cum ideis copulatione in  
Sophista agit, quare nos operam non perdituros putamus, si  
argumentum huius dialogi nostrae orationi adiungimus;<sup>h)</sup> Est  
autem

a) Parmenides c. 5. p. 217.

a) Parmen. c. 6. Μάλιστα ἐμοὶ γένεται, ὅτι ἔχει. τα μὲν εἰδη ταῦτα, ὡςπερ  
παραθείγοντα, οἵτας τῇ Φύσει τα δὲ ἄλλα τυτοῖς ἐίσκενα, παγίσαντα  
καὶ οὐδετέλις ἀντη τοις ἄλλοις γνωσθε των ἁδων οὐκ ἄλλη τις ή εἰκασθηται ἀντοις.

b) Timaeus pag. 1060, B. Plutarch. de animae procreatione pag. 1013, C.  
Francof.

c) Parmenides c. 5. p. 216—217.

d) Parmenides c. 3. Phaedon c. 50.

e) Phaedon c. 50—51. Parmenides c. 6. p. 220—221.

f) Phaedon l. c. Parmenides l. c. Sympos. c. XXIX.

g) Plutarchus de animae procreatione p. 1012. varias et diuersas doctrinae plato-  
nicæ de summis attributorum generibus, quam nunc dabimus, interpreta-  
tiones exhibet, unde facile colligere possumus, quae fides antiquis Platonis in-  
terpretibus habenda sit, ipse autem cum magistro suo egregie conspirat.

autem hoc. Proposuit sibi Plato in hac de Sophista oratione ut ostenderet, quae essent Sophistarum inanes artes et subtilitates, qui suis disputationibus non lucem rebus assundere, sed eas obscurare et auditores suos perturbare et vexare studerent. Erat autem eius generis quaestio de ente ac de non ente, quam omnes, qui tunc temporis se sapientes profitebantur, tractabant. Hanc autem de ente et de non ente quaestionem ipse sic tractat, ut ostendat, quomodo veri nominis philosophus in ea explicanda praeuidere et vitare possit Sophistarum captiones. Sophistae enim ab illa definitione non entis, secundum quam non ens est, aut id, quod videtur esse, nec tamen est, aut id, quod est, nec tamen videtur esse, absurdia et sibi repugnantia deriuabant, asserentes nimirum, fieri non posse, ut non ens et non sit et tamen videatur, aut ut videatur esse, nec tamen sit; sic enim illud et non esse et simul esse deberet.<sup>ii)</sup> Ad eludendam hanc captionem Plato sumit, rebus et subiectis iisdem plura ac diuersa attributa tribuenda esse; Homini enim eidem tribuuntur color, magnitudo, figura, virtutes, vicia, et eiusdem generis plura.<sup>i)</sup> Cum autem haec sententia plurimis displateat, eam sic defendit, ut ostendat, triplicem tantum esse de rerum attributis, et de eorum in subiectis copulatione sententiam, e quibus una tantum vera sit. Etenim aut non fieri posse dicit, ut idem subiectum plura ac diversa habeat attributa; (i. e. secundum doctrinam Platonis, fieri non potest, ut eadem res ad similitudinem plurium ac diuersarum idearum formata sit;) aut fieri posse, ut omnia, quotquot sint, attributa eidem simul inesse possint subiecto; aut denique fieri posse, ut quaedam tantum eidem subiecto inesse possint attributa, quaedam autem non possint. Harum sententiarum ultimam amplectitur Plato, duas priores refutat. Si enim prior sumetur,

ii) Sophista p. 237—250. Bipont.

i) ibid. p. 267—269.



tur, secundum quam varia attributa eidem subiecto non inesse possunt, consequens esset, motum vere esse non posse; Attributa enim motus (*κινητος*) et existentiae, (*τα ειναι*) diuersa sunt. Sin autem altera sententia vera esset, secundum quam omnia attributa eidem subiecto simul inesse possunt, assumendum quoque esset, statum (*εστω*) semper moueri, et motum (*κινησιν*) semper consistere, neque vnuquam res quaedam vere consisteret aut vere moueretur. Restat igitur tertia sententia, secundum quam quaedam attributa eidem subiecto simul inesse possunt, quaedam non possunt. Sapientis autem et philosophi est iudicare et intelligere, quae attributa eidem rei simul inesse possint et quae non possint.<sup>1)</sup> His ita probatis, suam sententiam exemplum quodam illustrare studet. Sumit itaque attributorum tria genera, ens, motus, statum. (*το ον, κινησιν, εστων.*) Status autem et motus eidem subiecto non inesse possunt, vt iam supra effectum erat. Existentiae (*τα ειναι*) contra attributum cum attributis motus aut statis coniungi, et eidem rei cum horum uno simul inesse potest. Quae cum ita sint, apparere putat Plato, et quodus horum trium attributorum a duobus reliquis diuersum, sibi autem idem esse, et attributis istis rerum summis, existentiae, motus atque status, duo alia summa attributa annumeranda esse, nempe attributa diuersitatis (*το διαφορον*) et identitatis, (*το ταὐτον*) quae a superioribus differant. Ultimum hoc probat hoc modo. A) Si aut a statu, aut a motu identitas, aut diuersitas non differant, neque status neque motus vere rei cuiusdam inesse possent; fieri enim non potest, vt res quaedam eadem et altera sit. B) Sin autem existentiae et identitatis attributa non differant, etiam status et motus vnum idemque essent, quippe cum existentiae attributum aut cum attributo motus, aut cum attributo status simul eidem rei inesse possint.

Neque

<sup>1)</sup> ibid. pag. 269—276.

Neque vero etiam attributum diuersitatis cum attributo existentiae vnum idemque esse potest; attributum enim diuersitatis semper rei tribuitur, si cum rebus aliis et ab ea diuersis comparatur, ens autem per se ens est, non propter alia entia. Est itaque, vt Plato concludit, diuersitatis attributum ab attributis existentiae, motus, status, et identitatis longe diuersum, idemque per omnes res distributum est, neque enim plures res eadem esse possunt.<sup>1)</sup> Hanc spinosam disputationem exemplo illustremus. Sint ista rerum summa attributa, existentia, status, motus, identitas, diuersitas. Caius sit e numero earum rerum, quae vere sunt. Vere est, quoniam ideae τε ὀντος participes est. (Haec participatio est illa similitudo, quae secundum Platonem inter res creatas et earum ideas est.) Ei vel status vel motus tribuendus est, quoniam vel motus vel status ideam participat. Is etiam sibi idem est, (es ist ihm persönliche Identität zuzuschreiben) nam identitatis ideam participat; Diuersus denique ab omnibus reliquis rebus et hominibus est, nam ideam diuersitatis participat. Ex his omnibus dicit Plato non entis naturam, demonstratque, non ens neutiquam esse entis contrarium, quod non sit, sed tantum aliud quid ac ens, seu diuersum ab ente; v. c. magni contrarium est paruum, pulchri autem deformis; Est itaque, vt paucis absoluam, non ens Platonis notio negativa, et auctor idearum nunquam a sua doctrina recessit, sed etiam attributorum negatiōrum ideas esse voluit, quarum participatione aequē ac idearum affirmantium participatione res tales essent, quales exstant. Sic autem omnino Plato dicere potuit, non entia pertinere ad eas res, quae vere essent.<sup>2)</sup>

## §. VI.

1) ibid. p. 276—282.

2) ibid. p. 282—287.

In his ideis aeternis omnis secundum Platonem veritatis est posita, ex illarum cognitione oritur sapientia, certitudo et philosophia,<sup>1)</sup> nec sine iisdem scientia, (*ἐπιστήμη*) quae certa et immutabili rerum cognitione continetur, illa esse potest. Qui cunque itaque sapientior eudere et rerum naturam cognoscere studet, is cognitioni harum idealium omnem suam operam nauare debet.<sup>2)</sup> Non tamen sensibus haec idealium cognitione acquiri potest,<sup>3)</sup> neque etiam istarum idealium in nobis quedam simulacra adumbrata sunt, simulacris rerum sensibus subiectarum similia.<sup>4)</sup> Sed, cum ipsae ideae simplices et incorporeae sint,<sup>5)</sup> sola mentis et animae rationalis vi percipiuntur.<sup>6)</sup> Magnopere itaque differt idealium cognitione a rerum genitarum intelligentia, de qua Plato longe alia docet quam de illa, quod ut satis perspiciatur Platonis nunc de rerum genitarum et corporearum cognitione sententiam explicabimus. Sunt nimurum eae, quae in nobis oriuntur rerum sensibus subiectarum notiones, (*αἰδήσεις*) harum ipsarum rerum effectus, sensibusque et nervis, quos mira arte fabricata est natura, nobis offeruntur.<sup>7)</sup> Vis autem, quae has res corporeas percipit, est illa in homine mortalis anima, quae cum corpore oritur et cum eodem perit, et omnium perturbationum fons est.<sup>8)</sup> Sedes denique et rece-

ptacu-

n) Timaeus p. 1061. B. Phaedon c. 10.

o) Parmenides cap. 8.

p) Phaedon c. 10.

q) Symposium c. XXIX. n. 2.

r) Phaedon c. 10. Symposium c. XXIX. n. 6. Politicus c. 26. pag. 158. Fischer.

s) Phaedon c. 10, 11, 12.

t) Timaeus p. 1069, C. Ibi explicatur, qui fieri possit, ut res externae in corpore efficaces sint. *Αὐθεντικός* autem et motum, qui rebus externis in corporis partibus efficitur, et notionem animi, quae ex motu isto oritur, apud Platonem significat.u) Timaeus p. 1074, A et B. Theaetetus p. 154 et Philebus p. 265, Bipont. Ex horum locorum comparatione apparet, *ψυχὴ* istam cui harum rerum corporearum

ptaculum notionum sensibus perceptarum est animae mortalis fides atque receptaculum, nempe pectus atque iecur, ad eaque descendit animae rationalis, quam dii in cerebro collocarunt, vis quaedam, si illarum aliquid percipere vult. <sup>x)</sup> Est autem, vt Plato singit, iecur nostrum tabulae cereae simile, cui omnium, quae sensibus percipiuntur, imagines imprimuntur. <sup>y)</sup> Harum in iecinore imaginum est cum rebus ipsis, quibus effecta sunt similitudo quaedam, atque cognatio; <sup>z)</sup> sine his imaginibus memoria (*μνησις*, quae rerum sensibus perceptarum recordatio est) esse non potest, quamdiu enim verbi aut rei corporeae in iecinore imago manet, tamdiu etiam eiusdem verbi et rei homini recordatio inest. <sup>a)</sup> Differens autem est in hominibus il-

## C 2

la.

porearum percipiendarum vis tribuitur, non esse principalem illam atque diuinam mentem, cuius auctor summus deus, sed esse illam a daemonibus productam animam, irrationalem, in peccato positam, de qua vid. Timaeus p. 1054. C. Errant quoque ii, qui docent, hominem constare secundum Platonem tribus partibus, mente, corpore, et instrumento quodam mentis sensitivo, aeterno animi comite, quod *ψυχη* dicatur. Ignorat profectio Plato hoc *ψυχην* aeternum; Docet enim, eum, qui post hanc vitam velit beatus esse, debere ita animam a corpore separare, ut huius cum illa nullum superiori commercium, et nulla remaneat corporea contagio, vid. Phaedon cap. 10, 29, 30. Corpus crassum etiam semper *ψυχην* mentis dicitur vid. Timaeus p. 1073, A. Fugnat denique hoc *ψυχην* mentis aeternam cum reliqua doctrina, illiusque origo a recentioribus Platonis repetenda videatur. Videatur et Plutarchus qui Quaest. Platon. p. 1002, de discrimine mentis et animae apud Platonem disputat, et hoc *ψυχη* aeternum proflus ignorat.

<sup>x)</sup> Timaeus p. 1074. B.

<sup>y)</sup> Theætetus p. 154. Τις δὲ φοι, λογούς ἵνεκα, εἰ ταῖς ψυχής ἡμῶν ἐν κυρίον ἔκμα- γνον — καὶ τὸ τέτο, ὁ, τι ἀν βαληθωμένη μεταποντος ἐν ἀνδρει, οὐκέτι μητρα- η ἀνται ἐποντομεν, ὑπερχρόνες ἀντο ταῖς αὐθησοι: καὶ ἴνονται, ἀποτυπωθει, στηρι- δεκτυλων σημειων ἐποντομενουσ. Tabula haec cerea non est irrationalis ani- ma ipsa, ei enim, cum non sit e materia crassa composita, nihil inscribi pot- est. v. Timaeus p. 1073. B.

<sup>z)</sup> Philebus p. 265. Dicuntur ita verborum et rerum, quibus memoria con-

stat, imagines *εἰκόνες*, *εἴδηται*, *μημεια*, *σφραγίδες*, *τυποι*.

<sup>a)</sup> Theætetus p. 155.



la tabula cerea, ergo et vis memoriae diuersa est.<sup>a)</sup> Cui enim natura magnam dedit tabulam, is rerum imagines memoria facile tenet; cui nimis mollem, is celeriter apprehendit, sed male retinet rerum imagines, neque eidem perspicuae possunt inesse rerum imagines; cui autem duram et densam dedit, is tardo recipit, sed diu seruat rerum effigies; cui denique nimis duram et nimis densam dedit natura tabulam, ei obscurae rerum imagines insunt.<sup>b)</sup> Neque est in his notionibus sensibus perceptis veritas vlla posita, sed omnis earum intelligentia opinabilis et incerta dicenda est.<sup>c)</sup> Hoc propter naturam rerum creatarum et sensibus subiectarum aliter haud fieri potest. Est enim, vt Plato constanter docet, omnis rerum genitarum natura caduca, inconsitans et mutabilis, omniaque quae sub sensibus cadunt, fluunt, ruunt et continenter labuntur. Corpus humanum, hoc enim suam ipse Plato illustrat sententiam exemplo, inde ab infantia usque ad senectutem perpetuis subiectum est vicissitudinibus; abeuntibus semper succedunt nouae partes; crines, sanguis, caro, ossa et reliqua, e quibus corpus humanum conflatum est, continenter et perpetuo pereunt ac restituuntur. Quin et ipsius animi perpetua est mutatio; mores, opiniones, cupiditates, dolores atque omnis intelligentia in eodem homine diuerso tempore diuersa sunt, neque unquam sibi constant.<sup>d)</sup> Praeterea etiam inest in omnibus rebus genitis naturalis quidam impetus atque niflus, quo semper ab altera conditione et statu feruntur in eiusdem contrarium, perpetuoque eiusdem rei contrariae redeunt naturae.<sup>e)</sup> Non potest itaque tam caduca et mutabili rerum natura certa atque fixa existere

<sup>a)</sup> Theaetetus p. 160—162.

<sup>b)</sup> Phaedon c. 10.

<sup>c)</sup> Cratylus p. 267. Bipont. Sextus Empir. adv. Logic. p. 459, 7. Fabric. Diogenes Laert. III. segm. 9. Cicero Acad. Quaest. I. c. 9. Symposium c. XXIV. Vbi quae de corporis humani mutationibus diximus.

<sup>d)</sup> Phaedon c. 15, 16, 17.

existere cognitio, sed omnis harum rerum perceptio incerta atque fluxa debet esse.<sup>f)</sup> Quare etiam hanc rerum genitarum perceptionem proprio signauit nomine, opinionemque ( $\delta\circ\xi\alpha\nu$ ) vocauit, quam a rerum aeternarum et sibi constantium cognitione separandam esse voluit.<sup>g)</sup>

### §. VII.

Restat autem, ut naturam idearum explicantes tractemus per difficilem et perobscuram quaestione, vtrum et qui ideae secundum auctorem earum a diuina natura et summo numine differant? Est quidem vulgaris opinio, deum ab ideis longe differre, illum esse rerum omnium genitarum effectorem, has autem esse imagines et simulacra, secundum quae ille omnem mundum fabricatus sit, putantque fere omnes, Platonem sibi finxisse deum ut artificem et pictorem, qui in perficiendo opere suo, simulacrum quoddam secutus, illud ad huius formam effinxerit. Potest quoque haec sententia verbis Platonis firmari. Attamen quaedam sunt rationes, quae me ita mouent, ut hanc opinionem deserendam esse censem, et ut omnem idearum molem deum ipsum supremum secundum auctorem fuisse putem. Ne autem forte studio noui a vulgari sententia recedere videar, paucis nunc meam sententiam de deo platonico explicabo et firmabo. Omnes, qui sciunt quid in illustrando systemate philosophico sequendum sit, facile mihi dabunt, in primis in hac interpretatione esse spectandum, quid philosophus propter reliqua sui systematis placita, quibus tanquam fundamentis vtitur, dicere et docere debeat, minime autem id, quod interdum et nonnumquam dicat aut doceat. Il-

C 3

lud

f) Philebus p. 306.

g) de Republica L. V. p. 66. Conferatur etiam ad hanc §. L. VII. de Republica p. 127—135. ubi, quae de errore notionum sensibus perceptarum dimicimus, per allegoriae umbras yberim explicantur.



Iud enim ei proprium videtur, hoc vero peregrinum et mutuo acceptum esse potest. Ac profecto variae sunt causae, quibus Plato inductus veram suam deo sententiam interdum celare, et se ad opiniones vulgi accommodare debuit. Cauere enim debuit, ne ei, si in doctrina deo prorsus abhorreret ab opinionibus vulgi, eadem ac Socrati fors accideret, qui propter doctrinam de uno deo, summo rerum omnium creatore et conseruatore, mortem subiit, et omnibus philosophis monumento fuit, neminem impune opiniones plebis deo posse deferere.<sup>4)</sup> Denique etiam certum atque euidens esse puto, humanum ingenium nusquam grauius lapsum esse, quam in doctrina deo et de rerum omnium causa. Quicunque enim vnuquam primis, vt dicunt, labris gustarit philosophiae historiam, ei ignotum esse non poterit, omnes a religione reuelata auersos philosophos grauiter alucinatos esse, cum rerum omnium primam causam et originem explicarent et inuestigarent. Mirari igitur desinamus, si Plato horum vntus sit, qui in doctrina deo a nostra doctrina, per deum ipsum emenda ta, longe abhorreat. His itaque positis, nec temere quidem aut leuiter, vt arbitror, videamus, vtrum Plato diuersum ab ideis haberit Deum? Docet autem, vt iam vidimus, ideas esse aeternas et a reliquis rebus haud pendentes; dicit quoque eas vere esse; denique sumit, easdem rerum omnium esse causas, quibus factum sit, vt et sint res in hoc mundo, et eam naturam habeant, qualem illis tribuamus. Haec autem cum Plato constanter et saepe doceat, arbitror apparere, eum, nisi sibi repugnare et inconstans esse voluisse, non potuisse vere dicere, esse quendam ab ideis suis diuersum deum; inerat enim iam ideis origo et causa omnium rerum sufficiens. Sunt praeterea

<sup>4)</sup> Est in Timaeo p. 1047. solemnis exclamatio; Τοι μεν ἐπι πολύτην καὶ πατέρα τε πάτερος λύγον τε ἐγένοντο, καὶ εὐφόρα, οἵ πάτερος ἀδυνάτους λύγειν.

terea varii loci, in quibus Plato eadem dicit, quae nos nunc a natura totius systematis deriuauimus. Docet nimirum, ideam boni omnium rerum, quae sint bonae et absolutae, auctorem esse, eam esse causam rationis et veritatis,<sup>i)</sup> eam omnibus rebus existentiam et essentiam elargiri, eam denique dignitate sua et potentia omnibus reliquis rebus antecellere.<sup>k)</sup> Etiam rerum omnium formas aeternas deum appellat, et ad eius similitudinem omnia efficta esse dicit;<sup>l)</sup> inde apparere arbitror, deum et ideas Platonis unum idemque fuisse. Neque etiam Aristoteli haec magistrorum de ideis sententia ignota fuit; dicit nimirum, in disciplina Platonis deesse primam motus causam, quae effecisset hoc, ut res genitae ad similitudinem idearum existerent.<sup>m)</sup> Haec autem prima omnis motus causa, qua evenire debuit, ut materia ad formam idearum effingeretur, Platonis deesse non potuit, si deum quendam ab ideis diuersum sumisset. Denique etiam, ut paucis omnia absoluam, e doctrina pythagorica rationem quandam peti posse arbitror, qua efficiatur, Platonem diuinam naturam ab ideis non separasse. Est nimirum perpetua et constans apud veteres fama, Platonem a Pythagora multa deriuasse,<sup>n)</sup> in primis illam de ideis doctrinam, ita, ut apud Platonem essent ideae idem, quod Pythagorae numeri fuissent.<sup>o)</sup> Huic si famae

i) de Republica VII. p. 132. ἐν τῷ γηρασφ τελείταια ἡ τε ἀγαθὸν ἰδεα καὶ μογις ὄρασθαι ὅφειται δε, συλλογίσια δέ ἀρι πατοι πατειται ἀντη ὁράσων τε καὶ καλων αἵτια, εἰ τι δεσπότω φας καὶ τοι τάτα καριον τεκουσατ εἰ τε τῷ νοητῷ, ἀντη κυρια ἀληθειαν καὶ τοι παραχρηματι.

k) de Republica VI. p. 120. καὶ τοῖς οὐρανοκομοῖσι τοῖν μη μογο το γηγενοῖσιδα φατο υπο τε ἀγαθὸν παρεινη, ἀλλα καὶ το ἔναν τε καὶ την ἔντα υπὲ ἵκενης ἀντοι προσεινα. οὐκ είσιν ὅτοι τε ἀγαθὸν, ὅτι ἵτεται της ἀντας περιβεται καὶ διαμην πατειχοτος. Haec ultima verba in primis mihi indicare videntur, Platonem posuisse deum in idea boni.

l) Timaeus p. 1089. ibi omnis mundus, quem antea descripsérat, dicitur εἰ. καὶ τε νοητοί Σιε.

m) Aristoteles Metaphys. XII. c. 5.

n) Aristoteles Metaphysic. I. cap. 6.

o) Aristoteles I. c. Οἱ μη γηρ Πατειχοτοι μικρον τη διτη φασιν ειπα την ἀρεθμον, Πλα-

❧      ♚      ❧

famae fides habenda est, concludi potest; ideas rerum omnium aeteras fuisse apud Platonem deum summum, rerum omnium creatorem. Constat enim, Pythagoreos naturam dei in numeris suis, qualescumque demum fuerint, nobis non certo liquet, posuisse, ab iisque omnem rerum genitarum naturam, ortum et existentiam deriuasse.<sup>a)</sup> Ceterum non inficiari possumus, multa in hac doctrina obscura superesse; etenim non intelligimus, vtrum ideae aeternae partes diuinæ naturae auctori fuerint, an earum vna principatum quandam obtinuerit, quod fere innuere videtur Plato;<sup>b)</sup> Hoc autem euidens esse arbitror, deum sumum fuisse Platoni ideas et formas rerum omnium aeternas.

### §. VIII.

Iam vero videamus, quae sint huius de ideis doctrinae origines, et quibus Plato motus rationibus eam probauerit. Sunt quidem varia huius doctrina semina, grauissima autem haec videntur. Imbutus a iuuentute fuit Plato eorum doctrina, qui docerent, omnia, quae sensibus perciperentur, esse ita caduca, mutabilia, fluxa atque ideo incerta, ut iis nihil incertius reperiri possit.<sup>c)</sup> Videturque pene Plato non multum ab iis dissidere, qui nostris temporibus docuerunt, mundum, quem sensibus percipimus, non esse, sed tantum videri. Quae-renda itaque erat ei alia certe atque permanens rerum natura, quae nec perpetuo occideret aut continuo fluere, sed constans maneret, et veritatis ac scientiae fons esset.<sup>d)</sup> Improbauit porro atque irritis philosophiam eorum, qui rerum ortarum natu-

ram

Πλάτων θεομητίαν τονίσα μεταβολῶν. v. et Bruckerus in amoenit. liter. Tom. VII. p. 184. qui multa collegit testimonia, idem affirmantia.

p) v. Meinerius V. C. qui in histor. doctr. de vero deo p. 300. et in historia literarum apud Graecos et Romanos P. I. p. 521. hanc doctrinam pythagoramicam de deo ex numeris e probatissimorum virorum, Aristoteles et Sexti, testimonis vberius explicavit.

<sup>d)</sup> de Republica VI. p. 132.

v) vid. supra §. VI. n. d. et Aristoteles Metaphyl. I. c. 6. XII. c. 4.

s) Cratylus, p. 346. Parmenides c. 8. ab initio.

ram et conditionem a causis physicis et naturalibus deriuabant, putauitque nihil peius dici posse, quam si quis, ortum, interi-  
tum et naturam rerum omnium explicans, ad aera, aethera,  
aquam, ignem aut terram consurgiat, et ex horum elemento-  
rum copulatione aut dissolutione naturam et vicissitudines re-  
rum ortarum deriuet.<sup>1)</sup> Erapt itaque ei nouae rerum omnium  
creatarum quaerendae causae et origines, e quibus pateret cur  
et esset mundus, et cur talis, neque aliis esset. Has autem cau-  
sus in ideis reperire sibi visus est. Socratem enim sequens,  
qui notiones vniuersales diligenter inuestigabat et de iis accurate  
semper quaerebat, his rerum generibus veritatem et omnium re-  
rum causas inesse putauit, et quae Socrates ad inuestigandam veri-  
tatem necessaria duxit, ea Plato ad explicandas omnium rerum  
rationes et causas adhibenda esse censuit.<sup>2)</sup> Neque erat haec sen-  
tentia temporibus Platonis prorsus inaudita aut noua. Etenim iam  
Pythagoras, vt supra vidimus, posuerat in rebus, quae tantum  
mente perciperentur, rerum omnium causas et origines. Concili-  
auit itaque Plato Socratis de rerum generibus doctrinam cum  
placitis Pythagoricorum de numeris, et sic orta est noua doctrina,  
quae et abhorret ab illorum duumuirorum doctrina, et  
quodammodo tamen etiam cum eadem conueniret.

### §. IX.

Rationes autem inuestigans, quibus Plato suam de ideis  
doctrinam probauerit, intellexi, eum magis de eo sollicitum  
fuisse, vt systema fingeret, quod et apte cohaereret, et quo  
omnes omnino rerum vicissitudines et varietates, et omnis  
mundi forma et natura explicari possent, quam vt idem sys-  
tema et omnes illius partes acute rationibus confirmaret. Fun-  
damenti autem loco ponit, cognitionem idealium humanam  
non esse a contemplatione rerum genitarum ducendam, et hoc

D duplici

1) Phaedon, c. 45—49.

2) Aristoteles Metaphys. I. c. 6, ab init.



duplici modo probat. Nimirum omnibus notum esse asserit, ideas illas longe diuersas esse a rebus in hoc mundo earum similibus, idque saepe exemplis demonstrat.<sup>x)</sup> Deinde vero etiam putat vsu constare, inesse mentibus humanis multarum rerum cognitionem, quas nunquam tractarint, idque tum maxime euidens esse dicit, cum quis puerosrite interroget, eorumque cognitionem exploret. Fingit itaque Socratem suum a puero geometrica, quae is nunquam didicerat, interrogantem, et sic ex eodem grauissimarum quaestionum explicacionem elicienter.<sup>y)</sup> His ductus causis, idearum cognitionem vita nostra antiquiorem putabat, et hoc argumento suam de ideis doctrinam probabat.

### §. X.

Natura et origine idearum platoniarum explicata, restat, ut demonstremus, quibus modis Plato suam de ideis doctrinam cum reliqua disciplina copulauerit. Operae omnino pretium esset, si quis nostrorum philosophorum omne systema platonicum sibi illustrandum fumeret, iludque sic tractaret, ut exponeret, qui hic summus vir cum illa de ideis doctrina reliquam omnem copulauerit philosophiam. Neutquam enim noster proinde, ac meretur, propter hanc admirabilem suae doctrinae conspirationem nostris hominibus notus est, multisque etiam vix probable erit, si quis affirmet, Platonem ab hac de ideis doctrina, quae ei omnis philosophiae arx et caput est, deriuasse varia et multa placita, cum nostrorum philosophorum placitis fere penitus conspirantia, eaque sic inter se copulasse, ut nihil cogitari posset, quod melius cohaereret. Me autem huius libelli magnitudo impedit, quo minus ea, propter quae Platonem nunc praedicau<sup>i</sup>, fatis et copiose illustrare possim; paucis tantum demonstrabo, me Platonem non temere laudasse. Primum ex hac de ideis doctrina immortalitatem animi demonstrabat. Cum nimirum cognitione idearum, quae hominibus inest, non in hac vita oriri possit, nam notiones rerum generitarum ideis non aequales sunt, necesse est, ut animus noster suam de ideis cognitionem in vita ante acta sibi acquisiverit.<sup>z)</sup> Fuit ita-

que

x) Phaedon c. 18.

y) Meno p. 352 sq. Bipont.

z) Phaedon c. 18 et 19.

que, ut idearum cognitio indicat, anima nostra antequam cum corpore coniungeretur, proptereaque etiam semper futura est, etenim nulla adest causa, cur, cum ante hanc vitam iam exstiterit, in morte prorsus pereat.<sup>a)</sup> Quoniam autem sola mente et ratione ideae percipiuntur, neque illus sensuum eas potest comprehendere, sequitur, ut Platonis visum est, omnes eos, qui sapientiores et probi fieri studeant, omnibus corporis voluptatis abstinere, nec unquam sensuum illecebris obedire deberet; sic enim tandem fieri potest, ut quis proprius accedat ad illam veram sapientiam, quae intelligentia idearum continetur.<sup>b)</sup> Attamen propter necessarium in hac vita animi cum corpore commercium, et propter necessariam corporis curam, non potest fieri, ut mortalium quis plenam et omnibus numeris absolutam idearum intelligentiam acquirat; in altera itaque demum vita, cum animus ab omni corpore et illius contagione prorsus liber erit, ista felicitas, qua ad rerum, quae vere sunt, cognitionem accessit, pura atque integra speranda est.<sup>c)</sup> Corpus autem sapientibus oneri esse debet, omnesque veri nominis philosophi optant atque volunt, ut a corporis vinculis liberentur; vitaque haec, quoniam nos a cognitione idearum necessario auocat, non potest non inter summae animi humani mala referri.<sup>d)</sup> Cum vero omnis in ideis veritas sit posita, neque praeter eas quidquam est, quod vere sit et existet, omnes ii, qui rite et bene res suas administrare cupiunt, non possunt esse illarum imperiti atque ignorantia. Quare semper postulabat Plato, ut is, qui bene rempublicam administrare, regere et instituere vellet, philosophus esset; hunc enim, cum intelligat illud, quod vere bonum, iustum, honestum atque pulchrum esset, omnino aptum esse censebat, qui et ciues suos bene et iuste regere, eosque veritatis, honesti, pulchri et reliquarum virtutum studiosos reddere

D 2

a) Phaedon c. 23.

b) Phaedon c. 10. Phaedrus p. 1223. Francof.

c) Phaedon c. 11.

d) Phaedon l. c. Ex hac Platonis de corpore et vita, quae hic agitur, sententia emendandus videtur ille in Phaedone c. 6. locus, quem omnes interpres emendandum esse censuerunt; constitundus autem sic; ίοντι περι την φαντασίαν, εἰ τοῦτο μεντοτάς ἀλλοι σύντατοι μάταιοι εἰσι, καὶ εὐπότε τυρχαντοὶ τῷ ἀνθρώπῳ, αὐτοὶ καὶ ταῦτα εἰσι παῖδες, βαλτιοὶ ζῶντος τὸ διάνυσμα; pro βαλτιοῖς τούτοις οὐδὲν οὔτε.

Sic enim omnia in oratione optime cohaerent et propter suam de ideis doctrinam Plato omnino dicere debuit, mortem vitae semper preferendam esse. Sed haec obliter.

QK TIC 473

x 3095351

28



reddere possit. Contra vero non fieri posse censebat, utris, qui, quid vere iustum et laudabile esset, ignaret, ciuitatem suam iuste et egregie administraret. <sup>c)</sup>

§. XI.

Ne autem quis forte putet, Platonem amore idearum ita abruptum fuisse, vt rerum genitarum et sensibus subiectarum cognitionem prorsus negligeret, paucis nunc explicemus, quonodo rerum genitarum cognitionem, quam vsu habemus, copulauerit cum illa idearum cognitione, quae reminiscendo oritur, et e vita praeterita manat. Adepi sumus, vt docet, cognitionem idearum cum in concilio deorum versaremur. Eo autem tempore, quo mens nostra aeterna, et variarum rerum intelligentia ornata cum corpore copulatur, magna oritur in mente perturbatio, nouo comite et simulacris rerum genitarum, quae corpus praebet, excitata. <sup>f)</sup> Inde non fieri potest, vt omnes homines omni aetate suae spatio earum idearum, quarum cognitionem jam tenuere, sint memores; <sup>g)</sup> Est itaque opera adhibenda, vt earum recordemur; omnisque homo, qui sapientior evadere, et idearum cognitionem recuperare studet, res genitas omnes diligenter et accurate contemplari debet. Sunt nimurum res genitiae ad similitudinem idearum effictae, ideoque animus noster, per affectionem idearum, quam nostri dicunt, a cognitione rerum creatarum ad intelligentiam idearum aeternarum progredi potest, et sic omnino fieri potest, vt per contemplationem huius mundi simulacrorum aeternorum fiamus memores. <sup>b)</sup> Propter has itaque causas omnem rerum genitarum contemplationem sapientibus necessariam et vtilem esse duxit, et omnes artes humanas philosophis commendauit. <sup>i)</sup> Sed haec haclenus de ideis Platonis.

<sup>e)</sup> de Republica L. VI. p. 71.

<sup>f)</sup> Timaeus p. 1055. C.

<sup>g)</sup> Phaedon c. 21.

<sup>h)</sup> Phaedon c. 19. et Symposium c. 29. ubi dicit, posse eum, qui, quid in corporibus, artibus et literis pulchrum sit, saepe et diligenter contempletur, tandem peruenire ad ipsius pulchri aeterni aspectum.

<sup>i)</sup> Imprimis artis mathematicae studium commendabat; Est enim principiorum mathefios cum ideis quaedam cognatio, eorumque cognitio sola mente et ratione comparatur, in qua non potest non fieri, vt is, qui in hac arte se exerceat, tandem ad maiora adspirare, et idearum cognitionem, quae etiam sola mente comparatur, acquirere possit. v. de Republica L. VII. p. 148.

B.1  
II.C  
473

B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Blue

Cyan

Yellow

Green

Black

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Black

White

Magenta

Red

Yellow

Green

RITE OBTINENDO

OCTOBR. A. MDCCLXXXVI

AD DISCEPTANDVM PROPOSIT

ELIOB ERNST SCHVLZE

AE DOCTOR ET DIACONVS VITEBERGENSIS

ASSVMTO RESPONDENTE

CHRISTIANO KOHLSCHVETTERO

I. V. S.

D E  
S P L A T O N I S

TATIO PHILOSOPHICO HISTORICA

Q V A M

IMI PHILOSOPHORVM ORDINIS  
AVCTORITATE

P R O L O C O

VNCTOS ORDINIS PHILOSOPHICI

• OCTOBR. A. MDCCLXXXVI

AD DISCEPTANDVM PROPOSIT

ELOB ERNST SCHVLZE

AE DOCTOR ET DIACONVS VITEBERGENSIS

ASSVMTO RESPONDENTE

CHRISTIANO KOHLSCHVETTERO

I. V. S.

VITEBERGAE

RIIS CAROLI CHRISTIANI DÜRRII.

